

AD LUMBOS, SIVE RENES.

Per istam sanctam Unctionem †, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per lumborum delectationem deliquisti. Amen.

Hæc autem unctio ad lumbos, ut dictum est, omittitur semper in fæminis, et etiam in viris, qui ob infirmitatem vix, aut sine periculo moveri non possunt.

Quibus omnibus peractis, Sacerdos dicit:

Kyrie, eleison; Christe, eleison; Kyrie, eleison.
Pater noster, etc.

V. Et ne nos inducas in tentationem:

R. Sed libera nos à malo.

V. • Salvum fac servum tuum [*vel* salvam fac ancillam tuam],

R. Deus meus, sperantem in te.

V. Mitte ei, Domine, auxilium de Sancto;

R. Et de Sion tuere • eum [*vel* eam].

V. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in • ec [*vel* ea],

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Domine, exaudi orationem meam;

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.